PROPERTY OF THE

~~20/34. H.~~

Q. 405. 24

Public Library of the City of Boston

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS

BOSTONIA CONDITA AD. 1630.

CIVITATIS REGIMINE DONATA AD. 1822.

From the Townsend Fund.

Added Oct. 28, 1863 No. 61246

*Q 405.24

Letter (Box)

(Alexander Grammaticus)

(Doctrinale)

**Q.405.24

Cribere clericulis paro doctrinale nouellis:

Quia textus eſt planus nõ indiget explanatione·Sed tñ pro forma ſeruanda in ſequẽtibus ſic conſtrue: Ego magiſter alexander paro ſcribere doctrinale ideſt librũ dantem doctrinã nouellis clericulis ideſt ſcholaribus: q̃ſi dicat:nõ pro ꝓuectis hoc opꝰ ſcribit̃:ſ; pro rudibꝰ·

Pluraq; doctorum ſociabo ſcripta meorum·

Cõſtrue: Ego ſociabo plura ideſt multa ſcripta meoꝝ doctoꝝ ideſt magiſtroꝝ·hoc dicit ad arrogantiã euitandã:ut oſtendat qđ ſcripturꝰ eſt preſtantium viroꝝ ⁊ non ꝓprijs auctoritatibus valiturum·

Jamq; legent pueri pro nugis maximiani
Que veteres ſocijs nolebant pandere caris·

Ideſt hec per me ſcribenda legent pueri pro nugis·i·loco nugarũ maximiani:qui fuit ſcriptor fabulaꝝ:que·i·quas res:veteres·i.antiqui:nolebant pandere ſocijs caris:qz ita caras habebant ſeu tenebãt has nugas ut ⁊ chariſſimis occultarẽt illas·Ideo dicit hunc librum legent loco illarum nugarum·ſ·fabularum·

Preſens huic operi ſit gratia pneumatis almi:
Me iuuet:⁊ faciat complere quod vtile fiat·

More boni catholici ſpiritus ſancti gratiã inuocat dicens: Gratia almi pneumatis·i·ſancti ſpiritus adſit ſeu preſens ſit huic operi:⁊ iuuet me ad hoc opus:⁊ faciat cõplere opus qđ fiat vtile legentibus·

Si pueri primo nequeant attendere plene:
Hic tamen attendat:qui doctoris eſt vice fungens
Atq; legens pueris laica lingua reſerabit
Et pueris etiam pars maxima plana patebit·

Quia ſuperius dixit pueros hunc librũ lecturos ⁊ pro illis eundem ſcribere:ideo tacite reſpondẽs queſtioni ſic dicit: Si pueri nouelli neq̃ant primã vicem attẽdere ſeu hunc librũ intelligere:attendat ille qui eſt vice fungens doctoris·i·repetitor uel magiſter lecturus·Atq; pro et legẽs hũc librũ pueris.reſerabit·i·declarabit eiſdẽ·lingua laica.i·vulgari.poſtea nõ erit magna difficultas in libro:qz etiã ſicut magiſtro maxĩa ps libri patebit plana·i·manifeſta ⁊ cara erit pueri·hoc dicit:ne timore difficultatis omittatur liber ſuus·

Oces in primis quas per caſus variabis:
Ut leuius potero te declinare docebo.

In iſta parte incipit autor dare ordinē libro ſuo ipſuz per capitula diſtinguēdo: et dicit ſic: Ego docebo declinare ut leuiꝰ potero in primis. i. in primo capitulo voces quas variabis. i. declinabis per caſus quaſi dicat primū capitulū erit de declinationibus nominum.

Iſtis confinem retinent heteroclita ſedem.

Conſtrue: heteroclita noīa retinēt ſedē confinē. i. locū proximū iſtis declinationibus ſupradictis. i. ſecundū capitulum erit de heteroclitis ibi: Hec tibi ſignabis.

Atq; gradus triplicis collatio ſubditur iſtis

Conſtrue. Collatio. i. comparatio triplicis gradus. ſubditur. i. immediate ſubiungitur iſtis ſcilicet heteroclitis. i. tertium capituluz erit de cōparatiuis ibi: Hunc gradibus ternis.

Cuiq; ſit articulo que vox ſocianda notabo.

Ego notabo q̄ vox ſit ſocianda cuiq; articulo. i. per quos articulos queq; vox ſit declinanda. i. quartū capitulū erit de generibus nominū: ibi ſcilicet: In quantum potero.

Hinc de preteritis petrum ſequar atq; ſupinis.

Conſtrue. hinc. i. poſtea tractādo de preteritis: atq; pro et de ſupinis verboꝝ. ſequar petrū eliam qui quendā tractatū de ſimili materia ordinauit. i. quintū capitulū erit de preteritis et ſupinis ibi: Ut tibi p metrū.

His defectiua ſuberunt et anomala verba.

Conſtrue. his predictis. ſ. preteritis et ſupinis. ſuberunt. i. imediate ſequuntur verba defectiua. i. anomala. i. ſextum capituluz erit de verbis defectiuis et anomalis ibi: Donatum ſequere.

Verborum formas exinde notabo quaternas.

Conſtrue. exinde. i. imediate poſt notabo. i. ſcribam quaternas formas verboꝝ: et qualiter verba quaternis formis diſtinguantur. i. ſeptimum capitulū erit de quatuor formis verboꝝ ibi: Quatuor in verbis.

Hinc pro poſſe meo vocum regimen reſerabo.

Conſtrue. Ego reſerabo hinc. i. poſt pro poſſe meo regimen vocū. i. qualiter vocū alia aliā regit. i. octauū capitulū erit de regimine dictionum ibi: Hic iubet ordo libri etc.

Quo iungenda modo conſtructio ſit ſociabo·
Cōſtrue: Ego ſociabo p̄dictis q̄uō cōſtructio ſit iūgēda·i·faciēda·i·nonū capl'm erit de ordinatiōe dictionū in cōſtructiōe ibi: Eſt poſt p̄dicta
Poſt hec pandetur que ſillaba quanta locetur·
Cōſtrue: poſt hec pandet̄·i·dicet̄ quāta ſillaba locet̄·i·locari debeat in carmine: hoc eſt q̄ decimū capitulū erit de cognitione ſillabaꝝ qualiter produci ꝛ breuiari debeant ibi: Pandere propoſui·
Accentus normas exhinc variare docebo·
Conſtrue: Ego docebo variare·i·mutare ex hinc·i·poſt normas·i·regulas accentus ſiue accentū: hoc eſt q̄ vndecimū capitulū erit de accentibus ibi: Accentus normas.
Tandem grāmaticas pro poſſe docebo figuras·
Cōſtrue: Tandē.i.vltimate docebo grāmaticas figuras·i· figuras grāmaticales p̄ poſſe·i·iuxta poſſibilitatē meā.i.duodecimū capitulū erit de figuris grāmaticalibus ibi: Pluribus eſt mēbris·
Quāuis hec non ſit doctrina ſatis generalis·
Proderit ipſa tamen plus nugis maximiani·
Cōſtrue: hec doctrina p̄derit plus nugis maximiani fabuloſi nugacis q̄uis nō ſit ſatis generalis·i·multū plira ſeu vl'is ꝛ hic ſe humiliat·
Poſt alphabetū minus hec doctrina legetur·
Inde legēt maius mea qui documenta ſequūtur·
Cōſtrue: hec doctrina·i·liber meus leget̄ poſt minus alphabetū·i· poſt donatū uel priſcianū quē vocat alphabetū·inde·i.poſtea illi qui ſequūt̄ mea documenta·i·qui ſciēt librū meū legēt maius volumē priſciani· Et hic oſtēdit quo tēpore ꝛ per quē ſcholarē legi debeāt·
Iſte fere totus liber eſt extractus ab illo·
Quia: ſupple iſte liber fere.i·quaſi totus eſt extract? ab illo·ſ·priſciano· Et vult dicere q̄ p̄mo legēdus eſt donatus ſiue priſcian? minor.deinde liber ſuus·tertio priſcian? maior·q·d· q̄ iſte liber quaſi totus eſt extractus a priſciano· Et ſic finitur prohemiuꝫ ꝛ ordo libri ſui·
Rectis as·es·a·dat declinatio prima·
Atqꝫ per am propria quedā ponuntur hebrea·
Ideſt prima declinatio ſeu noīa prime declinationis in rectis·i·in n̄tis ſingularibus faciūt in as ut andreas: in es ut enchiſes: in a ut muſa: et

patet couſtructus:atq pro ꝛ quedā ꝓpria nomina hebrea ſeu iudea po/
nunt per am·i·terminant in am:ut adaz ꝛ abrahā· Et ita videt prima
declinatio quatuor habere terminatiões:videlicet as es a ꝛ am·

Dans ae dipthongon genitiuis atq datiuis·

Dans.ſ.prima declinatio gtis:atq pro ꝛ datiuis ae diptongū·Jdeſt ꝙ gti ꝛ datiui ſingulares prie declinatōis faciūt in ae diptōgū:ut poete ꝛ muſe:lꝫ nō ꝓferat nec ſcribat ex toto ut dicit regula diptongoꝝ· Nam ſunt q̄tuor·ſ·ae ꝛ oe au ꝛ eu·due quaꝝ ſcribunt ꝛ ꝓferunt ex toto·ſ·au: ut audeo:eu ut eunuch⁹·Alie due nō ex toto ſcribūt neq ꝓferunt·ſ·ae ꝛ oe:ut muſae ꝛ foenū·ꝛ hoc ſeruat apud modernos·

Am ſeruat quartus:tamen an aut en repimus·
Cū rectus fit in as vel in es vel cum dat a grecus·
Rectus in a greci facit an quarto breuiari·

Jdeſt ꝙ accuſatiu⁹ ſingularis prime de·generaliter terminat in am:ut poetā ꝛ muſaz·Tñ nos reperim⁹ an aut en in accuſatio pme declinationis:cū pro qñ rectus·i·ntūs fit in es hoc ē terminat in es ꝛ in as: videlicet cū pro qñ rect⁹·i·ntūs dat a·i·terminat in a·q·d·ꝙ accuſatiu⁹ ſingularis prie declinatōis preter generalē terminatiōez repit in an terminari:ꝛ hoc eſt qñ ntūs in as terminat:ut hic eneas:accuſatio hūc eneā uel enean·Reperit in en termiari ꝛ hoc qñ ntūs terminat in es: ut hic enchiſes:accuſatio hūc enchiſez uel enchiſen·Reperit etiā in am cone/ ptā terminari ꝛ hoc qñ ntūs grecus in a terminat:ut hec egina:accuſatiuo hāc eginā uel egina·ideo ſubiūgit dicēs Rectus·i·ntūs nōis greci in a terminati facit an breuiari quarto·i·accuſatio ſingulari· Ex quib⁹ regulis colligit ꝙ accuſatiu⁹ ſingularis prie declinatōis aliqñ termiatur in am ꝛ in an ꝓductā:aliqñ in em ꝛ in en:aliqñ in am ꝛ in an coneptam:ſicut patet in exemplis prenotatis.

Quintus in a dabit: poſt es tamē e repitur·

Jdeſt ꝙ vtūs prie de·terminat in a:ut vtō o andrea o enchiſa o poeta· Tñ e ideſt vtūs in e terminat⁹ reperit poſt es·i.poſt ntm̄ in es termiatū:ut hic anchiſes vocatiuo o anchiſe uel anchiſa·

A ſextus:tamen es quandoq p e dare debes

Jdeſt ꝙ ablatiuus fit in a:ut ablatio ab hoc andrea·Tu debes qnq·i· aliqñ dare es·i.nomē prime declinationis in es terminatū per e in ablatiuo:ut hic enchiſes:ablatiuo ab hoc enchiſe uel enchiſa·

Am recti repetes quinto·ſextum ſociando·
Ideſt noĩa pⁱme de.faciẽtia ntm̃ per am repetũt illũ ntm̃·ſ·illã termĩatio nã am in vtõ ſociãdo ſextũ·i·ablatiuũ·q·d· ꝙ noĩa terminata in am in ntõ faciũt vtm̃ ⁊ ablatiuũ ſiles:ut hic adã vtõ o adã ablatio ab hoc adã

Rimo plurali decet e quintoqꝫ locari·
Conſtrue:Decet per declinationẽ in pⁱmo plurali ideſt nominatiuo:qꝫ pro ⁊ quinto.i·vocatio locari e:ut pluraliter nominatiuo hi poete:vocatiuo o poete.

Atqꝫ ſecũdus habet arum:niſi ſincopa fiat·
Conſtrue:Atqꝫ pro ⁊ ſecundus·i·genitiuus pluralis habet arum: ut poetarũ:niſi figura fiat que vocat̃ ſincopa.ut graiugenũ pro graiugenaꝝ ideſt domine grecoꝝ· Eſt autẽ ſincopa qñ littera uel ſillaba de medio dictionis eripitur·

Tertius ⁊ ſextus habet is:tamen excipiemus·
Quãdo mas fit in us in a femineũ ſine neutro·
Femineis abus ſociabit̃ ut dominabus·
Sextũ diſcernens:iſtis animas ſupaddes·
Conſtrue:Tertius ⁊ ſextus·i·datiuus ⁊ ablatiuus pluralis pⁱme declinationis habet is:ut datiuo his muſis ablatiuo ab his muſis·Tamen excipiemus a pⁱedicta regula qñ mas·i.maſculinuꝫ genus fit in us: ut dominus:femininũ in a ut domina:ſine neutro.i·ꝙ talia non habeant neutrũ:ut dominus domina:nõ enim dicimus dominuꝫ in neutro genere·in femininis terminationibus hoꝛum taliuꝫ nominũ hec terminatio abus ſociabitur datiuis ⁊ ablatiuis pluralibus:ut dominabus mulabus·Et hoc eſt cauſa differentie maſculoꝛũ ſuoꝛum: nõ obſtante ꝙ ſint pⁱme declinationis:qꝛqꝫ hec nomina feminea regulariter debeãt in is terminari·Sexuꝫ diſcernẽs in talibus nominibus:quia debent eſſe res animate:ut dominus domina·Nam ſi alia nomina ſignificarent res inanimatas nõ facerent datiuũ ⁊ ablatiuuꝫ plurales in abus ſed in is :ut pugnus pugna·Nec etiã ſi ſexus nõ diſcerneretur:ut colũbus columba Etiã reqⁱrit̃ ꝙ femininũ recte foꝛmet̃ a maſculino mutãdo us in a:⁊ per hoc excipit̃ gall⁹ gallina·Requirit̃ etiã ꝙ ſignificatio non variet̃ ⁊ per hoc excipit̃ lacert⁹ lacerta:nã lacert⁹ ſignificat lo bꝛazo lacerta la certa·
Deinde dicit Auctoꝛ tu ſupaddes iſtis hoc nomẽ aĩas qđ facit aĩabus.

Accuſatiuis pluralibus as ſociabis·
Tu declinator ſociabis as accuſatiuis pluralibus prime declinationis: ut accuſatiuo has muſas·
Verſibus his nota fit declinatio prima·
Cõſtrue: pma declinatio fit nota·i·mãifeſta tibi his vſib? ſupradictis·
R uel ir ur aut um us aut eus pone ſecunda·
Conſtrue: Pone in ſecunda·ſ· declinatõne in nominatiuo caſu ſingulari iſtas ſex terminationes: videlicet er ut magiſter ir ut vir· ur ut ſatur: um ut ſcamnũ: us ut dominus· eus ut theſeus·
I genitiuus erit: ſed quando rectus habebit·
Ir aut ur aut eus: genitiuus eum ſupabit·
Ideſt ꝙ genitiuus ſingularis nominũ ſecũde declinatiõis terminatur in i productã ꝛ quomodocũqꝫ faciat nomĩatiuus: ut magiſter magiſtri vir viri: ſatur ſaturi: ſcamnuꝫ ſcamni: dominus domini: theſeus theſei· Sed eſt ſciendũ ꝙ genitiuus aliquãdo ſuperat nominatiuũ quãdo nominatiuus terminat̃ in ir: ut vir viri ſatur ſaturi: in eus ut theſeus theſei: eius genitiuus licet nõ videat̃ creſcere tñ creſcit: quia theſeus eſt dictio biſſillaba ꝛ nõ triſillaba: cũ ſit diptõgata ĩ fine· theſei vo triſillaba·
Um par fiet ꝛ us: ſed quod fit in er variamus·
Um·i· nomẽ ſecũde declinatõis in um terminatũ ut ſcamnũ: ꝛ us·i· nomen ſecũde declinatõis in us terminatũ ut dñs fiet par·i· equale in nominatiuo ꝛ gtõ· Sed nos variam? illud qđ ſit in er·q·d·ꝙ illud tale nomen in er terminatũ aliqñ creſcit in gtõ: ut puer pueri· aliqñ nõ creſcit: ut magiſter magiſtri· Et hoc declarat inferius per regulas ſpeciales·
Er ſ p iuncta ſupabit: ꝛ r ſine muta·
Hic autor ponit duas regulas: quarũ prima eſt talis: Nomẽ ſecũde declinationis in er terminatũ s p precedẽte ſeu iuncta uel cõiuncta ſuperabit in genitiuo: ut aſper aſperi proſper ꝓſperi· Alia ponit̃ cum dicit̃ ꝛ er ſine muta·i· nomẽ terminatũ in r nulla muta lrã precedẽte ſupabit ĩ genitiuo: ut puer pueri· Pro cuius euidẽtia ſciẽdũ eſt ꝙ mute ſunt nouem ſcilicet·b·c·d·f·g·h·p·q·t·
S t ſi preſit genitiuus non ſupabit·
Hec ſententia eſt ꝙ genitiuus nõ ſuperabit nominatiuũ ſi s t preſit·i· ſi ſit ante er ut magiſter magiſtri·

Huic nomine ſuberit ternã ue ſequeſter habebit.
Dicit auctor: ꝙ hoc nomẽ ſequeſter ſuberit huic nomine. i. regule pdicte: ſcilicet S t ſi preſit ⁊c. que ſerua illã regulã. i. nõ creſcit in gtõ: ⁊ declinatur ntõ ſequeſter ſequeſtrũ ſequẽſtriſ: gtõ ſequeſtri ⁊c. Poteſt etiã declinari per tertiã: ut ntõ hic ſequeſter hec ſequeſtris ⁊ hoc ſequeſtre. ⁊ idē eſt quod pacificator diſcordiarum.
Par eſt cũ mute ſubit r. per a dans muliebre.
Sentẽtia huius verſus talis eſt: nomẽ ſecũde declinatõis in' er terminatũ eſt par. i. equale in ntõ ⁊ gtõ: cũ pro qñ iſta terminatio er ſuberit mute. i. ſequit̃ mutã dans muliebre. i. femininũ genus per a. ut nominatio pulcher pulchra pulchrum: genitiuo pulchri ⁊c.
Hinc tamen excipias que de gero vel fero formas.
Hic autor ponit exceptionẽ a regula predicta dicens: Tu excipias. i. excipere debes hinc. i. ab iſta regula: illa noĩa que tu formas per deriuationẽ ſeu per cõpoſitionẽ de gero geris uel de fero fers: qr licet talia noĩa habeant mutã ante er: tñ habent genitiuũ ſuperantem ntm̃: ut dapifer dapiferi armiger armigeri. In his enĩ ⁊ ſimilibus lr̃a muta precedit er videlicet. f. uel. g. a ideſt femininũ in a: ut dapifera ⁊ armigera genitiu9 tñ ſuperat nominatiuũ: ut dapiferi ⁊ armigeri.
Creſcant que dant us ſed adulter erit ſupandus.
Hic ponit̃ vna regula per modũ exceptõnis que talis eſt: Illa noĩa que dant us in gtõ creſcũt. i. habẽt gtm̃ ſuperantẽ uel in ſillabis: ut vn9 vnius alter alterius: uel in tẽporibus ut alius alius: ⁊ hic noĩatiu9 adulter erit ſuperãdus a gtõ: lꝫ habeat mutã ante er ⁊ femininũ in a. ⁊ eſt adulter ille qui vadit ad alienũ thorũ ſiue alienã vxorẽ. Similiter etiã illa q ponunt̃ in ſequẽtibus verſibus habẽt genitiuũ ſuperanteꝫ nõ obſtante regula: Par eſt cum mute.
Celtiber atq lacer liber ſocer ac iber atq.
Preſbiteri cũ mulcibero memor eſſe memento.
Celtiber eſt quidã populus. lacer. i. laceratus. liber. i. frãchus. ſocer lo ſocero. liber populus hiſpanie: atq pro et: tu memẽto eſſe memor hui9 nominis preſbyteri cũ hoc noĩe mulcibero: qr oĩa iſta habẽt genitiuũ ſuperantẽ nominatiuũ. Preſbyter dicit̃ quaſi prebens iter. Mulciber dicitur quaſi mulcens ibrem: ⁊ idem eſt ꝙ ferrarius.
Dexter format eri: poteris quoq dicere dextri.

Dicit ꝙ hoc nomen dexter aliqñ facit dexteri: ⁊ ſic habet genitiuũ ſuperantem: ⁊ aliqñ facit dextri ⁊ ſic nõ habet genitiuũ ſuperantẽ.

Cetera cũ muta dic eſſe frequentius equa.

Sententia eſt talis videlicet ꝙ cetera nomina ſecunde declinationis in er terminata que nõ poſſunt cõprehendi in regulis predictis ſunt equalia in nominatiuo ⁊ genitiuo: ut ager agri faber fabri. Conſtructus eſt talis: Tu dic cetera a predictis cum muta ſcilicet precedẽte eſſe equa.i. equalia in nominatiuo ⁊ genitiuo.

Unus ⁊ ullus vter ⁊ nullus ſolus ⁊ alter.
Totus dant in ius genitiuos addis alius.
Nanqꝫ tenent normã pronominis iſta ſecundã.

Quia ſuperius dixit ꝙ illa noĩa que dant us in gtõ creſcunt. ideo ſpecificat in iſtis verſibus que ſunt illa noĩa que dant us. Et dicit̃ ſic: Iſta noĩa videlicet vnus ⁊ vllus vter ⁊ nullus ſolus ⁊ alter ⁊ totus dãt genitiuos in ius. Tu etiã adde his predictis alius qđ facit alius. Sꝫ dimiſſis aliis q꜡ clara ſunt: attende ſuper hoc noĩe alius cuius genitiu⁹ videtur eſſe equalis ntõ. Reſponde ꝙ ſi nõ creſcit in ſillabis creſcit in tẽporibus qñ producit̃ in gtõ ⁊ in ntõ breuiat̃. Deinde dicit autor: nãqꝫ.i. certe iſta.ſ. noĩa tenẽt ſecundã normã pnoĩs.i. variat̃ ad modum ſecundi modi pronoĩs. Et ſi querat̃: vtrũ ſint noĩa uel pronoĩa? Reſponde noĩa naturã pronoĩs ſapientia in modo declinãdi ⁊ in modo ſignificandi.

Eus dat ei vel eos genitiuo more pelaſgi.

Quaſi dicat: nomen ſecunde declinationis in eus terminatũ habet duplicem genitiuũ ſcilicet eos uel ei: ut hic theſeus: genitiuo huius theſei uel theſeos: ⁊ hoc more pelaſgi.i. greci.

Cum datur ii bina iacitur quandoqꝫ ſuprema.

Dic ꝙ cum pro qñ bina ii.i. geminũ ii dat̃ in genitiuo: ſuprema.i. vltima i aliqñ iacit̃ ideſt abiicit̃: ⁊ hoc fit cauſa metri: ut in verſu: Quid timeas nõ eſt: antoni ſcripta legunt̃. ⁊ ponit̃ antoni pro antonii.

Tertius o poſuit: ſextũqꝫ ſibi ſociabit.

In hoc verſu ponit regulã de datiuo ⁊ ablatiuo ſingularibus ſecũde declinatõis dicẽs: Terti⁹.i. dtũs poſuit o.i. terminat̃ in o: ut dño: ꝙ ꝑ et ⁊ ſociauit ſibi ſextũ.i. ablatiuũ hoc eſt in eadẽ terminatiõe: videlicet in o ut domino.

Sed dabis i terno cũ feceris us genitiuo·
Hic ponit exceptionẽ a regula datiui ⁊ dicit: Sꝫ tu dabis in terno·i·datiuo: cũ pro qñ feceris ius in gtõ: ut vnus vnius vni: alter alteriꝰ alteri
Um retinet quartus: ſed neutris prouideamus·
Primum cũ quarto quintoqꝫ ſono dabis vno·
Hic ponit regulam de accuſatiuo dicens: Quartus·i·accuſatiuꝰ retinet um: ut accuſatiuo hunc magiſtrũ· Deinde ponit vnũ notabile ſiue vnã regulã validã in qualibet declinatiõe dicens: Sed prouideamus·i· prudentiã habeamus in neutris: In ipſis enĩ neutris prouideamus cuiuſcũqꝫ declinationis ſint· Nos decet dare primũ·i·nominatiuũ cum quarto·i·cum accuſatiuo: qꝫ pro ⁊ quinto·i·vocatiuo vno ſono ideſt ſub vna terminatione·q·d·ꝙ noĩa neutra habent nominatiuũ accuſatiuũ vocatiuũ ſimiles in omni declinatiõe· In prima ut hoc paſcha accuſatio hoc paſcha vtõ o paſcha· In ſecunda hoc ſcamnũ accuſatio hoc ſcamnũ vtõ o ſcamnũ· In tertia hoc thema accuſatiuo hoc thema vtõ o thema. In quarta: hoc cornu actõ hoc cornu vtõ o cornu· In quinta vero nõ eſt exemplũ: qꝛ nulla noĩa neutra repiunt̃ quinte declinationis.
On iunges grecis menelaon ſit tibi teſtis·
Tu iũges on grecis noĩbus in actõ ſingulari·q·d· ꝙ noĩa greca ſecũde de·p̃ter gñalẽ terminatõꝫ poſſũt actm̃ in on termĩari: ut hic menelaus: actõ hũc menelaũ ul' menelaõ·⁊ hoc ẽ qð dicit menelaon erit tibi teſtis·
Cũ tenet eus rectus: aliquãdo fit per a quartus·
Sentẽtia talis eſt ꝙ qñ ntũs deſinit in eus quartus·i·accuſatiuꝰ fit aliqñ per a: ut hic theſeus accuſatiuo hunc theſeũ uel theſea·
Rectus in er vel in um ſimilẽ facit ſibi quintũ·
Hic autor ponit regulã de vocatiuis ſingularibus ſecũde declinatõis ⁊ dicit: Rectus·i·ntũs in er terminatus uel in um: facit quintũ·i·vocatiuũ ſibi ſimilem: ut hic magiſter: vocatiuo o magiſter·⁊ hec dorciũ: vocatiuo o dortiũ: ⁊ ſic philorciũ ⁊ gliceriũ que ſunt nomina greca·
Ex er quãdoqꝫ p methatheſim repis re·
Dicit ꝙ ppria nomina in er terminata aliquãdo faciunt vocatiuum in re: ut hic leander: vtõ o leander uel dre· Et hoc fit per figurã que dicitur methateſis· Methateſis nihil aliud eſt ꝙ̃ tranſpoſitio litterarꝫ· Cõſtructus talis eſt: Tu reperis qñqꝫ re in vocatiuo ex er·i·ex nominatio

terminato in er per methateſim·i·per illã figurã que ſic nominatᵣ·
Recti dipthongus dabit eu quinto quaſi grecus·
Ideſt nomina terminata in eus dipthongū faciunt eu in vocatiuo: ut hic theſeus vocatiuo o theſeu quaſi grecus·i·ſm grecã declinationẽ·
Cum propriũ dat ius tenet i quintus iaciens us·
Ideſt nomina ppria terminata in us in vocatiuo remota us faciunt in i: ut hic antonius: vocatiuo o antoni: ⁊ hoc in noĩbus proprijs termiã/tis in ius· Conſtrue ſic: Quintus tenet i: cũ pro quãdo propriũ ſcilȝ no/men dat ius iacens ideſt abijciens us·
Us mutabis in e·ſic formas cetera recte·
Ideſt cetera noĩa ſecunde declinatiõis que nõ poſſunt cõtineri ſub ali qua regula predictarũ formant vocatiuũ a nominatiuo mutando us in e: ut dñs us in e fit domine· vicarius us in e fit vicarie·
Quintus habet caſus fili deus agne vel agnus·
Et uulgus pelagus populus fluuiuſqȝ coruſqȝ·
Cũ propriũ longam dabit us u quintus habebit·
Dicit autor qꝫ noĩa que in lr̃a ponunᵣ nõ penitus ſeruãt regulã p̃dictã qȝ filius facit o fili ⁊ aliqñ filie: ⁊ tunc ſeruat regulã· deus o deus· agn⁹ o agne uel agnus· vulgus o vulgus· pelagus o pelagus· popul⁹ o popu/lus· fluuius o fluuius· chorus o chorus la cõpagnia· Ordina ſic litterã Quintus caſus ideſt vocatiuus huius nominis filius habet fili· deus o deus in vocatiuo·

Rimo plurali quinto ſimul i ſociabis·
Id ẽ noĩatiu⁹ ſecũde declinationis in primo plurali hoc ẽ in ntõ: ⁊ quinto·i·vocatiuo faciũt i productã: ⁊ hoc intellige in maſculino feminino ⁊ cõi genere· Et pluraliter nominatiuo hi domini pluraliter nominatiuo he papiri· pluraliter nominatiuo hi philoſophi. In neutro autẽ genere ſtatim regula dabitur ⁊ doctrina· Conſtrue ſic: Tu ſociabis i primo plurali qꝫ pro et quinto·i·vocatiuo.
Hos caſus neutris quartũqȝ decet per a poni·
Senſus eſt qꝫ noĩa ſecunde declinationis neutri generis in ntõ accuſa tiuo ⁊ vocatio pluralibus faciunt in a: ut pluraliter ntõ hec ſcamna· ac/cuſatio hec ſcãna· vocatiuo o ſcãna. Textus vero ſic ordinaᵣ: Decet id eſt debituȝ eſt hos caſus predictos: videlicet nominatiuum accuſatiuuȝ

ꝛ vocatiuū: poni·i·terminari p a neutris·i·oībus noīb9 neutri generis
Excipis ambo duo tamen hec heteroclita pono·
Quaſi dicat ꝙ hec duo omina ambo ꝛ duo excipiuntur a regula predi/cta: quia deberent facere amba ꝛ dua in neutro genere ꝛ non faciūt: tñ heteroclita ſunt: ac de ipſoꝝ declinatiōe tractabit in caplo heteroclitoꝝ
Dic niſi conciſis orum fieri genitiuis·
Auctor ponit regulam de genitiuo plurali ſecunde declinationis et di/cit: ꝙ genitiuus pluralis ſecunde declinationis facit orum ut domino rum: niſi ſint ſincopa·i·ſincopata· Littera ſic ordinatur: tu dic orum fieri genitiuis pluralibus ſecunde declinationis niſi in conciſis·i·ſincopatis. ut deum pro deorum·
Tertius is finit: ſextumꝗ ſibi ſociabit·
Tertius·i·datiuus pluralis facit in is ut datiuo his dñis·ꝗ pro et ſociauit ſextum·i·ablatiuū ſibi hoc eſt in eadem terminatione· ut ablatiuo ab his dñis·quaſi dicat ꝙ datiuus ꝛ ablatiuus pluralis ſecunde decli/nationis faciunt in is.
Os faciet quartus·niſi neutris a domus illis·
Quartus·i·accuſatiuus faciet os ut dominos· niſi in nominibus neu/tris que non faciunt accuſatiuū in os·ſed nos damus illis ſcilicet neu/tris a·ut accuſatiuo hoc ſcamna·
Dabit eꝗ vel a: tibi declinatio terna:
Tertia declinatio dabit·i·habebit has terminationes in nominatiuo caſu ſingulari videlicet o ut ſermo· e ut mare. a ut thema·ꝛ multas alias habet ut patebit inferius.
C iunges a vel e: d vult i ſola preeſſe:
Inueniuntur etiam terminata in c precedente a·ut lac lactis·uel prece/dente e ut alec alecis· Et hoc eſt quod dicit C iunges a uel e· Inueniuntur etiam terminata in d ſola i precedente ut dauid·nec poteſt alia vo/calis precedere d·ideo dicit d vult i ſola preeſſe·
L cum vocali patietur qualibet addi·
Inueniunrur quoꝗ terminata in l qualibet vocali precedente. a ut animal·e ut mel·i ut vigil·o ut ſol·u ut conſul· Ideo dicit l ideſt iſta littera l patietur addi cū qualibet vocali· Et eſt ſciendū ꝙ vocales ſunt quiꝗ ſcilicet·a.e·i·o·u·

N u non iunges:reliquis vocalibus addes·
Inueniunt etiã terminata in n qualibet vocali precedẽte preter u· Exemplum de a ut titan ideſt ſol·e ut nomẽ·de i ut delphin· de o ut demõ Expone igitur ſic:Tu non iunges hanc litterã n huic vocali u:ſed bene cum reliquis vocalibus ſcilicet.a·e.i·o·
Cuilibet r iungis:s inſuper omnibus addes·
Inueniunt etiam terminata in r littera qualibet vocali precedẽte· a ut torcular·e ut pater·i ut martir·o ut ſoror·u ut murmur· Textus autem ſic exponit:tu iunges r cuilibet vocali· Inueniunt quoq3 terminata in s qualibet vocali precedẽte·a ut pietas·e ut ſedes.i ut lis·o ut flos·u ut rus. Et hoc eſt qd dicit:tu addes s inſuper omnibus vocalibus·
B quoq3 prepoſita datur omnibus s ſociata·
Dicit auctor q ista littera s datur ſociata omnibus vocalibus prepoſita b·a ut arabs:7 eſt quidam populus·e ut celebs ideſt caſtus· i ut calibs: lo azar.o ut ſcrobs la foſſa·u ut vrbs la cita.
Uls ut puls ſequitur:ſed ems vt hiems reperitur·
Dicit auctor q etiam inueniunt iſte tres terminationes uls ut puls la polte.7 inuenit hec terminatio ems ut hiems.
N ſi preponas s omnibus addere debes·
Sentẽtia talis eſt:q ſi tu preponas hanc litteram n huic littere s tu debes addere omnibus vocalibus· Exemplũ de a ut glans la glande·de e ut mens·de i ut lins·de o ut mons·de u ut quincuns cis:7 decuns cis·
Non u ſed reliquis s p preeunte locabis·
Tu locabis hanc litterã s nõ cũ iſta vocali u ſed bene cũ reliquis precedente p·Exempla patent:a ut daps.e ut adeps·i·pinguedo farine uł alterius rei·i ut ſtips·i·truncus arboris·inde venit hec ſtipula. o ut ops·
Non i ſed reliquę:preeunt r s ſociatę·
Senſus eſt q iſta vocalis i nõ preit·i·non precedit hanc litterã r s ſociãte·i·ſequẽte:ſed reliquę vocales bene preeunt.i·precedũt r s ſociãte·Ubi gratia:a ut ars·e ut iners·o ut mors·u ut tyburs nomẽ fluuij·
Dicimus es ut pres·aus ut laus iungere debes·
Senſus eſt q inueniunt terminata in aes ut praes·7 in aus ut laus·
Irps ut ſtirps iunges·u ſolam t ſociabis·
Tu iũges predictis terminatõibus irps ut ſtirps ideſt pgenies uel trũ

cus arboris. Tu ſociabis u ſolã ꝛ nõ aliã vocalẽ huic lr̃e t ut caput.

X cum vocali patietur qualibet addi.

Senſus eſt ꝙ iſta littera x patiet̃ addi ideſt poterit iungi cum qualibet vocali. exẽplũ de a ut pax. de e ut rex. de i ut nix. de o ut nox. de u ut nux

Alx dabit anx arx unx ut calx lanx arx quoqꝫ cõiunx.

Senſus eſt ꝙ nomina tertie declinationis dabunt in ntõ caſu ſingulari has terminationes alx ut calx. i. la calcina. anx ut lanx. i. la taſſaria. arx ut arx la rocha. unx ut cõiunx lo marito e la moglier. et ſic ſumunt̃ terminationes tertie declinationis.

Ormat nomen in a. genitiuũ tis ſibi iuncta.

In iſta p̃te auctoꝛ ponit regulã de gtõ veniẽte a ntõ terminato in a Et dicit ſic: Nomẽ terminatũ in a foꝛmat genitiuum hac ſillaba tis iuncta ſibi: ut hoc thema addita tis fit thematis.

Is facies ex e: velut mare ſiue cubile.

Hic ponit regulã de genitiuo veniente a ntõ terminato in e. Et ſic exponit̃ littera Tu facies is ex e. i. ex noĩe terminato in e. q̃ſi dicat ꝙ nomina in e terminata mutant e in is foꝛmando genitiuũ ſingularẽ: veluti mare e in is fit maris: ſiue cubile e in is fit cubilis ideſt lectus.

Onis habens ex o. ſed inis do perficit ꝛ go.
Femineo genere nemo ſociatur homoqꝫ.
Ordo vel margo cardo cum turbine virgo.
Sic ꝛ apollo facit: britoniſqꝫ brito caro carnis.

In hac parte auctoꝛ ponit regulam de gtõ veniẽte a ntõ in o ꝛ dicit ſic: Tu habes in gtõ ſingulari tertie declinationis onis penultima producta ex o. i. ntõ terminato in o: ut ſermo ſermonis. Deinde ponit exceptionẽ dicẽs: Sed do ꝛ go in feminino genere p̃ficit gtm̃ in inis penultĩa coꝛrepta: ut dulcedo dinis ꝛ caligo ginis. nemo qꝫ pro ꝛ homo ſociat̃ predictis: q2 vtrũqꝫ facit gtm̃ in inis penultĩa coꝛrepta: ut nemo neminis ꝛ homo hoĩs. Et illa que ſequunt̃ in lr̃a ſociant̃ predictis: ut oꝛdo oꝛdĩs ꝛ margo marginis. ꝛ eſt ſpaciũ qð circũcirca litteras ul' fluuios eſt. Cardo cardĩs ẽ ferrũ ſup quo voluit̃ hoſtiũ. Inuenit̃ etiã cardo cardonis ꝛ eſt quedã herba ſpinoſa. Turbo turbinis ẽ turbatio maris uel alius rei ꝟgo ꝟginis: ꝛ apollo apollinis. i. ſol. brito facit britonis quidã populus Caro etiã excipit̃ qð facit carnis ꝛ nõ caronis: Ideo dicit caro carnis.

Lac lactis ponit:ſed alec alecis habebit·

Dicit ꝙ hoc nomē lac habebit lactis in genitiuo·⁊ hoc nomē alec habebit alecis· Et eſt quidam piſcis qui dicit᷑ lo arengo.

Is poſt l pone:ſed lis mel felq; dedere·

In hac parte auctoꝛ ponit regulam de genitiuo veniente a nominatiuo terminato in l ⁊ dicit ſic·Tu pone is poſt l· quaſi dicat ꝙ nomina terminata in l faciūt genitiuū addendo is:ut animal addita is fit animalis·Sed mel ⁊ fel excipiunt᷑ quia ſuſcipiunt lis in genitiuo·ut mel addita lis fit mellis·fel addita lis fit fellis· Et hoc eſt quod dicit: ſꝫ lis mel felq; dedere·

Al alis longam dat neutrum:cetera curtam

Nomen neutrū in al terminatū dat alis longā in genitiuo: ut animal animalis penultima producta·Cetera·ſ·que non ſunt neutra dant alis curtā in gtō:ut hanibal hanibalis·⁊ eſt propꝛiū nomē viri·

Curtam pone ſalis:longam dat elis ⁊ olis·

Excipit᷑ hoc nomē ſal qḋ quāuis ſit neutri generis tn̄ cōripit penultimā Et ideo dicit Curtā pone ſalis·i·penultimā illius genitiui·Inuenitur etiam ſal maſculini generis:⁊ tunc tene illam regulā Cetera curtā·Lōgam dant elis ⁊ olis·i·genitiui terminati in elis ⁊ in olis dant penultimā longam·ut michael michaelis ⁊ ſol ſolis·

Ul dat vlis:il ilis:conſul pugil tibi teſtis·

Dicit ꝙ nomē terminatū in ul dat ulis in gtō·⁊ terminatū in il dat ilis in gtō vtrobiq; penultimā cōripiēdo·cōſul cōſulis ⁊ pugil pugilis eſt tibi teſtis·i·exemplū· Et eſt cōſul ille qui donat conſilium· Pugil eſt ille qui pugnat cū alio·

An erit is iuncta:fietq; penultima longa·

In hac parte autoꝛ determinat de genitiuo veniēte a noīatiuo terminato in an ⁊ ſic dicit:An erit is iuncta·i·hec terminatio is erit iuncta an: ideſt ntō terminato in an:⁊ hoc intellige formādo genitiō·ut titan addita is fit titanis penultimā pducit·⁊ ideo dicit Fiatq; penultiā lōga·

E ſuper n dat inis curtam·ſed deme lienis·

Hic autoꝛ determinat de genitiuo veniēte a ntō in n pꝛecedēte e·⁊ dicit ſic:E ſuper n·i·nomen terminatū in n pꝛecedente e dat inis curtam in genitiuo:ut nomē nominis·Deinde ponit exceptionē dicens ſed de-

me·i.excipe a regula precedēti hoc nomē lienis· Et declinat̄ hic lien lie
nis·⁊ eſt quoddā inteſtinū:deberet enī facere lijnis penultia coꝛrepta ⁊
facit lienis pe.pꝛo· Excipiunt̄ ſilr̄iter illa q̄ ponunt̄ in lr̄a ſequenti·
Renis ſirenis ſplenis:ſed in dabit inis·
Renis declinatur ſic:hic ren renis lo rognon·in plurali ſignificat le re/
ne·Sirenis autē ſic declinat̄:hic ſiren ſirenis·eſt piſcis marinus uel pe/
riculū maris·Splenis ſic declinatur:hic ſplen ſplenis la milza.Sꝫ in da
bit inis/Dicit auctoꝛ ꝙ nomen in in terminatū dabit inis in genitiuo:
penultima pꝛoducta:ut delphin delphinis·
On ſibi copulat is:ſed quedā ꝓpꝛia dant tis·
In hac parte autor determinat de genitiuo veniente a nominatiuo ter
minato in on dicēs:On·i·ntūs in on terminatus copulat ſibi hanc ter/
minationē is foꝛmando genitiuū.ut demō demonis.Deinde ponit ex/
ceptionē dicens:ſed quedam pꝛopꝛia nomina dāt tis:ut demophon de/
mophontis pꝛopꝛium nomen·
Quod nomen pꝛopꝛiū·quod non ita ſit tibi notū·
Id pꝛopꝛiū dices:quod non notat vniuoce res·
Plures·nāqꝫ duo ſenſu non ſignant in vno·
Quia magiſter imediate fecit mentionē de nomine ꝓpꝛio: Nunc decla
rat quid ſit pꝛopꝛiū nomen dicens:ꝙ illud eſt nomē ꝓpꝛiū qđ nō impoꝛ
tat plures res vniuoce ideſt ſub vna voce inſtitutione ⁊ non ſignificat
duo in vno ſenſu ut petrus.Ordina ſic litterā: Illud ſupple nomen qđ
eſt pꝛopꝛiū ſit notū·i·manifeſtū ita ut ſequit̄:ſupple illud qđ non eſt ꝓ
pꝛiū imo appellatiuū ſit tibi notū ita ut ſequit̄ Tu dices id eſſe pꝛopꝛiū
nomē qđ non notat·i·impoꝛtat plures res vniuoce·i· per vnā impoſitio
nē·nanqꝫ pꝛo certe pꝛopꝛiū nomē nō ſignificat duo in vno ſenſu·i·ſigni
ficato·Q·d·nomē pꝛopꝛiū nō debet impoꝛtare plus ꝙ̄ vnā rem per vnā
impoſitionē·Sed ſi cōponat̄:qꝛ ſi contingat duos vniuoce baptizari et
ambos gregoꝛius noīari: li gregoꝛius duo ſignificat in vna impoſitiōe
Uolunt aliqui dicere ꝙ gregoꝛius in alijs eſt pꝛopꝛiū ⁊ in iſtis appella/
tiuū·Alij tn̄ dicunt ꝙ in iſtis ⁊ in alijs ꝓpꝛiū eſt:licꝫ duos cōtingat uel
plures in eodem noīe ſimul ⁊ ſemel baptizari uel nominari:nihilomin⁹
attēto baptiſmatis lauacro illis duob⁹ uel pluribus ſigillatī in fuſo no
mē qđ cōiter īponit̄ vnicuiqꝫ ē ꝓpꝛiū ⁊ nō appellatiuū:iō ſeqt̄: Nō licꝫ·

Non licet vniuoce proprium tibi plura notare·
Nō licet·i·nō eſt debitū ꝓpriū nomē notare·i·importare plura tibi vni uoce·i·ſub vna voce inſtitutiōe ſ; bene equoce·i·ſub diuerſis īpoſitōib⁹
Appellatiuis varias res vniuocabis·
Tu uniuocabis·i·ſub vna voce inſtitutōe vocabis·i·ſignificabis uł im portabiſ varias res appellatiuis hoc ē in appellatiuis noībus·q·d·ꝙ no men appellatiuū eſt illud quod vniuoce plura ſignificat: ut homo· Et ſic patet differentia inter propriū ꝛ appellatiuū·
Is poſt ar pone: ſed far facit r geminare·
In hac pte autor determīat de gtō veniēte a ntō termīato in ar: ꝛ dicit ſic: tu pones is poſt ar·i·poſt nomē in ar terminatū debes addere is for mādo ei⁹ gtīm: ut torcular addita is fit torcularis· Deīde ponit exceptō nē dicēs: ſ; far facit r geīari in gtō: ut far gtō hui⁹ farris· ꝛ hoc ad diffe rentiā faris verbi qđ ſcribiť per ſimplex r·
Que primaria ſunt: niſi naris curta manebunt·
Modo vult autor oſtēdere quāta ꝓferri debeat penultīa gtī ntī termīa ti in ar ꝛ dicit: Illa q̄ ſūt pmaria·i·pmitiua manebūt curta in penultīa gtī: ut nectar ris·i·dulcedo: niſi nar ris nomen fluuij qđ lōgatur ꝗuis ſit primitiuū·
In deriuatiuis neutris producitur aris·
Dicit ꝙ penultīa gtī in aris terminati produciť in neutris noībus de riuatis hoc eſt deriuatīe ſpeciei: ut torcular ris· ꝛ dř a torqueo torques·
Primitialis erit vox: in qua dicitur eſſe·
Primum propoſite data ſignificatio ſecte·
Quia in p̄cedēti regula magř fecit mētō; de pmitis ꝛ deriuatīs: iō nūc declarat qd ſit vox pmitīa dicēs: Vox pmitialis·i·pmitiua erit illa in q̄ ſignificatio ſecte·i·ſignificatōnis primū propoſite diciť eſſe data·verbi gratia: q2 primo impoſitū fuit ad ſignificandū tale; rem: eius ſignifica tū a nullo alio dependet ideo diciť primitiuū·
Eſt deriuatiua vox que deſcendit ab illa·
Quaſi dicat ꝙ illa vox·i·dictio q̄ deriuať ab illa·ſ·voce pmitiua ē deri uatiua: ut ab hoc noīe martin⁹ deriuať martineus uł martinian⁹ a um poſſeſſiuū nomē: ideo diciť deriuatiuū: q2 deſcēdit ab illo·
Simplicium norma formabis compoſitiua·

Jn iſto verſu ponit̃ vnũ nobile multũ vtile qꝺ exponit̃ ſic q̃tũ ad lrã
Tu formabis cõpoſitia·i·dictiões cõpoſitas norma·i·ſm normã ſimpli
ciũ.q·d·ꝙ cõpoſita variant̃ ⁊ formant̃ ſm eoꝝ ſimplicia·vbi grã:pr̃ eſt
dictio ſimplex ⁊ facit pr̃is in gtõ:ita ei⁹ cõpoſitũ cõpater faciet cõpatris
valꝫ etiã in genere·nã ſicut mater ẽ generis feminini ita cõmater ẽ gene
ris feminini·Ualet etiã in ꝓbatiõe ſillabaꝝ·nã ſicut mater ꝓducit pri/
mã ſillabã·ſ·ma:ita ei⁹ cõpoſitũ.ſ.cõmater ꝓducit eãdẽ·Ualet etiã ĩ va
riatiõe verboꝝ.nam ſicut facio cis facit feci in preterito:ita inficio eius
cõpoſitũ facit infeci·verũ tñ hoc notabile varias patit̃ exceptiones:que
ſuo loco ⁊ tempore diſtinguent̃·

Dictio compoſitam dicetur habere figuram:
Quam licet in geminas partes diſtinguere:quarum
Significata gerit vox deſignanda per ipſam·

Quia magr̃ dixit de cõpoſitis ⁊ ſimplicib⁹: Nũc declarat qd ſit dictio
cõpoſita ⁊ q̃ dictiões in ea regrunt̃·dicit igit̃ ſic:Jlla dictio dicet̃ hr̃e fi
gurã cõpoſitã quã dictiõꝫ licꝫ diſtinguere hoc ẽ diuidere in geminas p
tes·Nã oĩs dictio cõpoſita põt diuidi in duas ptes:quaꝝ ptiũ vox deſi
gnãda p illã dictiõꝫ cõpoſitã gerit·i·ĩportat ſignificata:ut magnanim⁹
qꝺ cõponit̃ ex magn⁹ corrupto ⁊ aĩus·vtraqꝫ enĩ pars gerit ſignificata
illi⁹ dictõis cõpoſite.Magnanim⁹ enĩ ſignificat de grãde aĩo·Magn⁹
enĩ ſignificat grãde ⁊ aĩus lo aĩo:aliter enĩ nõ eſſet dictio cõpoſita niſi
poſſet diuidi in duas ptes ut dictũ ẽ·vbi grã:magr̃ bene põt diuidi in
duas ptes·ſ·mag/ ⁊ ter.bene enĩ magis ſignificat piu:⁊ ter tre volte·tñ
nõ ſunt figure cõpoſite:qꝛ illa ſignificatio nõ correſpondet ſignificato il
lius dictõis cõpoſite.ſ·magiſter qꝺ ſignificat lo maeſtro·

Non poteris tale ſub ſimplici ſciſma notare·

Tu nõ poteris notare ideſt inuenire tale ſciſma ideſt talem diuiſioneꝫ:
ſub nomine ſimplici·quaſi dicat ꝙ nomina ſimplicia non poſſunt diui/
di ſicut compoſita.

Et dices epatis:iubaris cum nectare ponis·

Reuertit̃ ad ꝓpoſitũ illius regule: Jn deriuatiuis neutris excipiẽdo au
ctor aliq̃ noĩa regulã nõ obſeruãtia·dicit itaqꝫ: ⁊ tu dices epatis in gtõ
hui⁹ noĩs epar qꝺ ſignificat lo ficato:⁊ excipit̃ a regl̃a generali:Js poſt
ar pone·deberet enĩ facere eparis ⁊ facit epatis·Jubar ris lo ſplendore:

uel coma leonis uel alius aīalis. Et excipit̄ a regula. In deriuatiuis nectar. i. dulcedo etiam excipit̄ a regula. In deriuatiuis: qꝛ cum ſit neutrū ⁊ deriuatū a necto nectis rum corripit genitiuū videlicet nectaris: ⁊ idē eſt ꝙ dulcedo. Ideo dicit autor: Iubaris cū nectare ponis.

Aſparis vſus habet: ⁊ boſtaris additur iſtis.

Dicit auctor ꝙ iſta duo nomina boſtaris ⁊ aſparis breuiant̄ in genitio. Ideo dicit: vſus habꝫ boſtaris. Aſper eſt paries facta ex terra viſcoſa uł aliud factū cauſa ſūmitatis. Boſtar eſt propriū nomē ⁊ corripit genitiuū Sed aliqñ eſt locus boum: ⁊ tunc producit genitiuū. vnde verſus: Cum boſtar preſepe notat ꝓducit̄ aris. Cū ꝓpriū nomen tunc breuiat̄ aris.

Er tibi format eris: cer mobile vertitur in cris.

In hac parte auctor tractat de gtō veniente a ntō terminato in er dicēs Er. i. ntūs tertie declinationis in er terminatus prebet eris in genitiuo penultimā corripiendo: ut aer aeris. Deinde ponit aliā regulā per modū exceptōis dicēs: Cer mobile. i. nomē adiectiuū tertie declinatiōis in cer terminatū vertit̄. i. mutat̄ in cris in gtō: ut acer cer in cris fit acris.

Ter per tris forma: ſint iupiter ⁊ later extra.

Dicit auctor ꝙ noīa tertie de. in ter deſinentia mutāt ter in tris in gtō ut pater ter per tris fit pr̄is. ideo dicit: Tu forma ter. i. nomen in ter terminatū per tris in gtō. Deinde ponit exceptionē dicēs: Iupiter et later ſint extra. i. excipiant̄ a regula: qꝛ iupiter deberet facere iupitris et facit iouis. later deberet facere latris ⁊ facit lateris.

Ether ⁊ crater: per bris formabitur imber.
Et ſua compoſita. ver ⁊ crater dabunt eris.

Excipiunt̄ etiā ether ⁊ crater ab illa regula: Ter per tris forma deberēt facere ethris ⁊ cratris ⁊ faciūt etheris ⁊ cratheris. Ether. i. aer. crater cupa. Deinde dicit per bris formabit̄ imber. i. hoc nomē imber facit ībris. Et ē excepᵒ ab illa reg̃la Er tibi p̄bꝫ er: deberꝫ enī facere ībēr ⁊ fac̄ ībriſ Et ſua cōpoſita excipiunt̄: qꝛ faciūt gtm̄ in bris: ut nouēber bris decem ber bris. Ver ⁊ crater dabunt eris: ver excipit̄ ab illa regula. Er tibi prebet eris: deberet enī corripe penultimā genitiui ⁊ producit. Sil'iter ⁊ crater quod etiā excipit̄ ab illa regula Ter per tris. deberet enim facere cratris ⁊ facit crateris.

Ir breuiabit iris: martyr fiet tibi teſtis.

Dicit ꝙ noīa terminata in ir faciūt gtm̄ in iris pe.coꝛ.ut martir ris.

Js poſt oꝛ iunge:coꝛ coꝛdis debet habere.

Jn hac pte auctoꝛ ponit regulā de gtō veniēte a ntō terminato in oꝛ dicens: Tu iūge hāc terminatiōꝫ is poſt oꝛ.i.poſt nomē in oꝛ terminatuꝫ ut marmoꝛ addita is fit marmoꝛis. ⁊ coloꝛ addita is fit coloꝛis. Sed coꝛ excipiť quod facit coꝛdis in genitiuo.

Mas aut commune dabit oꝛis femineumqꝫ.

Dicit auctoꝛ ꝙ noīa termīata in oꝛ maſculini feminini ⁊ cōis generis ꝓducūt penultimā genitiui:ut doloꝛ doloꝛis ſoꝛoꝛ ſoꝛoꝛis melioꝛ melioꝛis

Foꝛmat oꝛis rethoꝛ memoꝛ arboꝛ neutraqꝫ caſtoꝛ.

Et quedam pꝛopꝛia velut hectoꝛis addeqꝫ neſtoꝛ.

Hic auctoꝛ ponit exceptionē a regula p̄dicta ſubiūgēs regulā de neutris ⁊ de hoc noīe caſtoꝛ:⁊ dicit. Foꝛmat oꝛis rhetoꝛ.i.hoc nomē rhetoꝛ coꝛripit penultimā gti:q̄uis ſit maſculini ſeu cōis generis. et eſt rhetoꝛ idē ꝙ rhetoꝛicus. Et illa que ponunť in littera coꝛripiūt penultimā genitiui:ut hic ⁊ hec memoꝛ huius ris:hec arboꝛ huius arboꝛis. Et neutra nomina terminata in oꝛ coꝛripiūt penultimā genitiui: ut marmoꝛ marmoris. Et hoc nomē caſtoꝛ coꝛripit genitiuū:⁊ eſt quoddā animal uel ꝓpꝛium nomē viri:⁊ tunc pꝛoducit gtm̄. Et quedā pꝛopꝛia ſociant̄ his pꝛedictis:q̄ coꝛripiūt gtm̄:ut hectoꝛ hectoꝛis neſtoꝛ neſtoꝛis.

Vr tibi pꝛebet vris:ſed fur ſubdit tibi furis.

Jn hac parte auctoꝛ determinat de genitiuo veniēte a nominatiuo terminato in ur ⁊ dicit:Vr.i.nomē terminatū in ur pꝛebet tibi vris in genitiuo penultima coꝛrepta:ut murmur murmuris.ſed fur ſubdit tibi furis in genitiuo penultima pꝛoducendo ideo excipiť.

Robur foꝛmat oꝛis:ebur iecur ⁊ femur addis.

Ponit aliā exceptionē ⁊ dicit:hoc nomē robur pꝛebet tibi oꝛis in gtō pe. coꝛ.ut robuꝛ roboꝛis pꝛo ligno uel pꝛo foꝛtitudīe. Tu addis iſtud nomē ebur quod facit eboꝛis ⁊ eſt os pꝛecioſum. Et iſtud nomen iecur qđ facit iecoꝛis lo ficato. Et femur ris la coſſa feminina.

Et as eſt atis elephas gigaſqꝫ dantantis.

Jn hac pte auctoꝛ determinat de gtō veniēte a ntō terminato in as: Et dicit ꝙ nomīa in as terminata faciunt in atis: ut maieſtas maieſtatis Sed ponit exceptionē dicens:elephas ⁊ gigas dant antis in genitiuo:ut

elephas antis gigas gigantis lo gigante·

Et diamas adamas veterū quoqꝫ propria quedam·

Excipiunt̄ quedā ꝓpria nomina:ꝛ etiam iſta duo noīa diamas ꝛ adā/mas que faciūt gtm̄ in antis:ut diamas antis:ꝛ eſt quidā lapis precioſus:adamas eſt quidā lapis precioſus duriſſimus. quoqꝫ pro etiā q̄daꝫ ꝓpria noīa veterū·i·antiquoꝝ faciūt gtm̄ in antis:ut atlas atlantis·

Mas maris·as aſſis·vas vaſis:vas vadis iſti

Jungeſqꝫ pallas·ſic formant lampas ꝛ archas·

Hic auctor ampliat exceptionē ſuam dicēs:Tu iūges iſtis predictis nomina que in lr̄a ponunt̄ videlicꝫ mas maris·i.maſculus:as aſſis la midagla·vas vaſis lo vaſſelo·vas vadis la ꝓmiſſa ſiue lo pigno·Et iūgis pallas ſic format lampas ꝛ arcas· nam pallas facit palladis in genitiuo ꝛ eſt dea ſapiētie·lāpas lāpadis la lampa·arcas arcadis nomē gētile eſt

His ſimilem formam dant patronomica quedam·

Jdeſt q̄dā pronomica ſūt q̄ ad modū p̄dictoꝝ declināt̄ ut ābroſias dis·

Sic breuis as format genitiuus grecus os addit·

Quaſi dicat ꝙ terminata in as breuē faciūt in genitio ſicut dictū ē ſm grecos aliquādo faciūt genitiuū in os:ut ambroſias adis uel ados:hec pallas huius palladis uel dos·

Mas aut commune ſi fiat in es breuiatam·

E mutans dat itis·miles ſtipes eſt tibi teſtis·

Dicit autor ꝙ noīa terminata in es breuiatā faciunt gtm̄ in itis pe.cor·mutādo e in i:ut miles militis·Littera ſic ordinat̄:Mas·i·maſculinuꝫ genus aut cōe·i·cōe genus ſi fiat in es breuiatā mutās e in i dat itis in genitiuo:miles fit tibi teſtis qđ facit militis·

Ut prepes dat etis dipthongus in ante ſuprema·

Hic auctor ponit exceptionē a regula predicta dicens ꝙ diptōgus in ante ſuprema·i·nomē terminatū in es breuē diptōgo precedēte dat etis in gtō:nec mutat e in i:ut praepes praepetis.i.velox·

Que deriuantur a verbis aſſociantur·

Jn quibus e curta reperitur in ante ſuprema·

Dicit A·ꝙ noīa in es termiata ꝛ deriuata a verbis in quibꝰ e repit̄ curta in ante ſup̄ma.i·ī penultīa aſſociant̄ p̄dictis qr faciūt gtm̄ in etis ut ab hoc verbo hebeo hebes deriuat̄ hic ꝛ hec hebes hebetis.i·debilis·

Inquies eſt curta·tamen etis erit ſibi longa·
Dicit ꝙ hec dictio inqes ē curta ī ntō ꝛ tn̄ pro·pe·gti:ut hic ꝛ hec ꝛ hoc inquies gtō hui⁹ inquietis·i·ſine requie·Textus eſt clarus·
Femineum dat etis curtam·ſeges tibi teſtis·
Dicit auctor ꝙ nomina feminini generis in es breuē terminata faciūt gtm̄ in etis curtam:ut ſeges ſegetis·
A pede compoſitum dat edis·ſed apes remouebis·
Dicit ꝙ cōpoſita ab hoc noīe pes faciūt gtm̄ in edis pe·cor. ut bipes bipedis·Sȝ tu remouebis apes qđ facit apis in gtō·Textus eſt clarus·
Quod prebet ſedeo formabit idis genitiuo·
Dicit ꝙ noīa q̄ deriuant̄ a ſedeo es etiaȝ excipiunt̄ a regula illa: Mas aut cōe:q: faciūt gtm̄ in idis ꝛ nō in itis quāuis terminent̄ in es correpta ut obſes obſidis·i·lo hoſtazo·Textus eſt de ſe planus·
Es longam mutabis in is ſed deme quietis·
Heredis cereris mercedis vel locupletis·
Magnetis iunges agnetis dicere debes·
In hac parte auctor determinat de genitiuo veniēte a nominatiuo terminato in es productam ꝛ dicit:Es longaȝ mutabis in is·i· ꝙ nomina terminata in es longam mutant es in is formando genitiuū ſingularē ut ſedes es in is fit ſedis.Deinde ponit exceptioneȝ dicens:Sed deme quietis:hec quies quietis ꝛ alia que ſequunt̄:videlicet hic ꝛ hec heres· genitiuo huius heredis·hec ceres huius cereris ꝛ eſt dea bladi·hec merces huius mercedis la merce uel lo premio·hic ꝛ hec ꝛ hoc locuples locupletis·i.diues·hec magnes huius magnetis eſt quidā lapis attrahens ferrū·hec agnes agnetis ꝓprium nomen mulieris·
Cum preit i formabit etis paries tibi teſtis·
Dicit auctor ꝙ nomīa terminata in es precedēte i faciūt gtm̄ in etis pe·cor·ut paries parietis·
Is correpta ſibi ſimilem faciet genitiuum·
Hic auctor ponit regulā de gtō veniēte a ntō termīato in is correptā:et dicit:Is cor·i.nomē terminatū in is correptā faciet genitiuū ſibi ſimilē: ut ntō hic panis genitiuo panis lo pane·
Cuſpidis ꝛ lapidis ꝛ caſſidis excipiantur·
Sanguinis ꝛ dices exanguis ꝛ aſpidis addes·

Egidis atq₃ notes·ſic ⁊ patronomica formes·
Thetidos ⁊ thetidis dices·paris is dat idiſq₃·
Sardis inis dat iaſpis idis ſic ibidis ibis·
Iſidis adiunges indeclinabile ſemis·
Eſt pro dimidio pondus ſemiſſis habeto·
Et tibris tibridis tigris quiriſq₃ quiritis·

Cuſpidis ⁊ lapidis ⁊c· Hic auctor ponit exceptionem ab illa regula: Is cor·ſibi dicens: Iſta nomina cuſpidis ⁊ lapidis ⁊c·⁊ alia que ſequuntur in lr̄a excipiunt̄ a regula:q꞉ aliter faciunt genitiuū q̄₃ regula precipiat· Et q꞉ textus eſt clarus veniamus ad expoſitionē vocabuloꝝ·Nominatiuo hec cuſpis dis la ponta·hec lapis dis la petra·hic ſanguis nis lo ſā gue·hic ⁊ hec exanguis ⁊ hoc gue ideſt ſine ſanguine· ⁊ componit̄ ex ex ⁊ ſanguis:⁊ facit exanguis ⁊ nō exanguinis· Ex quo patet ꝙ nō excipit̄ ab illa regula Is correpta ſibi·ſed ab illa:Simplicium nomīa· Hec aſpis dis nomen ſerpentis·Egis dis ſcutum palladis·Et patronomica in is terminata ſimiliter faciūt genitiuū ut priamis priamidis · Thetis dat os in genitiuo:ut hec thetis huius thetidos·i· aqua uel mater achillis Paris dat paris uel paridis in genitiuo propriū nomē. Sardis facit ſardinis·i·lapis p̄cioſus· Iaſpis iaſpidis eſt lapis preualēs. Ibis facit ibis uel ibidis ⁊ eſt ciconia. Iſidis nomen dee· Semis pro dimidio eſt indeclinabile:ſed ſemis pro pondere medie libre habebit ſemiſſis in genitiuo Tybris nomē fluuij facit tybridis in genitiuo·pōt eciā facere tybris: et ſic nō excipit̄·S₃ tigris facit tigris:⁊ ſic nō excipit̄·aliqn̄ facit trigidis· ⁊ eſt animal·Quiris tis:eques romanus·

Ex Quod dat er dat eris·vomis puluiſq₃ ciniſq₃·

Dicit ꝙ nomē in er ⁊ in is terminatū facit gt̄m̄ in eris pe.cor· ut vomer uel vomis:genitiuo huius vomeris la vomera ſeu la maza· hic poluer uel poluis hui⁹ polueris la poluere·hic ciner ul̄ cinis hui⁹ cineris la cenere

7B Is itis producta dabit:tamen excipiantur·
Glis gliris gliſſis·glis glitis non cadit extra·

In hac parte auctor determinat de genitiuo veniēte a nomīatiuo terminato in is pductam:⁊ dicit: Is producta·i· nomen terminatū in is pro ductā dabit itis in gtō pe·pro·ut lis litis la lite ſeu cōtentione· Deinde ponit exceptionē dicēs: Tn̄ excipiunt̄ glis gliris pro animali: ⁊ glis ſis

pro terra tenace·ſed glis tis pro herba que alio nomine lappa dicit̃ non cadit extra regulã·i·nõ excipit̃·Poteſt obijci de hoc noĩe vis qꝛ nõ ſeruat regulã ⁊ non excipit̃.Dicamus ꝙ vis eſt nomẽ heteroclitũ:ideo de ipſo tractabit̃ in capitulo de heteroclitis·

Oris formabit os pro mare·deme nepotis· Os

In hac parte auctor ponit regulã de genitiuo veniẽte a nominatiuo terminato in os ⁊ dicit:Os pro mare·i·nomen terminatũ in os maſculini generis facit oris in genitiuo pe·producendo:ut ros roris·Deinde põit exceptionẽ dicens:Deme·i·excipe hoc nomẽ nepotis: ⁊ eſt nepos filius fratris:⁊ aliqñ eſt luxurioſus.

Cetera dant otis·ſed depotis o breuiabis·

Dicit ꝙ cetera noĩa in os terminata·i·q̃ nõ ſunt generis maſculini faciunt gtĩm in otis pe·pro·ut dos dotis·Deinde ponit exceptionẽ dicẽs: ſꝫ breuiabis hec noĩa q̃ ſunt deriuata ab hoc noĩe pos potis qḋ idẽ eſt ꝙ potẽs:ut cõpos compotis ⁊ impos impotis pe·corrcepta·

Sed bouis ⁊ gloris demantur os oris ⁊ oſſis·
Cuſtodiſqꝫ ſimul herois ſociabitur iſtis·

Dicit auctor ꝙ iſta noĩa excipiant̃ videlicꝫ bos bouis qḋ deberet facere botis ⁊ glos gloris:⁊ eſt mulier fratris·Inuenit̃ etiam glos gloſſis pro quodã ligno de nocte relucente:⁊ glos glotis pro quodã flore·Unde verſus:
Diſcite quid ſit glos lignũ uel femina uel flos·Glos gloſſis lignũ glos gloris femĩa fratris·Et oris ⁊ oſſis demant̃·i·hoc nomen os oris la bocha:os oſſis lo oſſo/Sed alij exponũt ſic:Genitiui terminati in oris ⁊ in oſſis de quibus nõ eſt facta mentio demant̃·i·excipiant̃:ut os oſſis os oris ⁊ glos gloſſis·Etiam excipiunt̃ illa que patent in textu videlicꝫ cuſtodis genitiuus de hic ⁊ hec cuſtos lo guardiano. ⁊ herois genitiuus de heros·i·dñа·⁊ minos qḋ facit minois propriũ nomẽ viri·

Us curtam dat oris neutro·ſed eris damus illis·
Que dant lus nus dus·ſed oris prebet tibi venus·
Et facinus pignus·intercus utis tibi prebet·
Adde penus penoris quod terne eſt ſiue ſecunde·

In hac parte auctor determĩat de gtõ veniẽte a ntõ termĩato in us curtã:⁊ dicit:Us·i·nomẽ tertie de·in us terminatũ dat oris curtã in gtõ:⁊ hoc intellige in neutro genere:ut hoc corpus hui⁊ corporis·Deinde po/

nit exceptionē dicens: Sed nos damus eris illis noībus que dant ter/
minatiões infraſcriptas videlʒ lus: ut vellus velleris· nus ut vuln⁹ vul
neris· dus ut pondus pōderis· Sʒ ab illa regula excipiunt̄ fenus qđ fa/
cit fenoris· i· la vſura· ⁊ facin⁹ facinoris· i· peccatū· ⁊ pignus pignoris· i·
fili⁹· Inuenit̄ pignus pigneris lo pegno ⁊ tūc nō excipit̄· Intercus pbet
tibi utis gtō pe. cor· ut nominatiuo hic ⁊ hec ⁊ hoc intercus utis ē mor/
bus inter cutē ⁊ carnem· Tu adde his predictis penus qđ aliquādo eſt
tertie de. ⁊ facit penoris in genitiuo· ⁊ aliquādo eſt ſecūde ⁊ facit peni: ⁊
eſt feminini generis. in tertia vero neutri·

Dat pecus hec pecudis pecus hoc pecoris ſibi iungit·

Dicit ꝙ hoc nomē pecus dupliciter variat̄: aliqñ eſt generis feminini ⁊
facit pecudis la pecora. ⁊ aliqñ neutri ⁊ facit pecus oris·

Hec formas in eris que ſunt confinia verbis·
In quibus e curta reperitur in ante ſuprema·

Dicit auctor ꝙ noīa in us terminata veniētia a verbis habētibus e cur
tā in pe· ſillaba faciūt gtīm in eris pe· cor· ut vlcus vlceris la piaga ul' ali
ud malū qđ naſcitur ob nimiū laborem· ⁊ deriuat̄ ab vlcero vlceras qđ
idem eſt ꝙ vulnero ras· Et ſm hoc tempus deberet facere tēperis: ⁊ de/
riuat̄ a tempero ras: uel a tepeo pes tñ facit temporis in genitiuo: ut au
ctor inferius declarat·

Neutrum declina· quod comparat ut duo prima·

Dicit auctor ꝙ nomē qđ cōparat· i· qđ eſt cōpatiuū neutrū in us termi/
